

~~Ms. 620.~~

81

F 15

124

Exercitationes academicae

ab Auditoribus meis

exhibitae.

MDCCLXI.

De utilitate philologiae

Nostri temporibus, et imprimis in patria
mea, cum perpauci tantum philologiae operam
dent, plurimique obiter doctrinam aliquam,
et praecipue litteras in posterum victus sub-
sidia praebentes, sibi parare studeant, verba
quaedam de utilitate philologiae faciam, ut me
ipse ad viam inceptam, difficillimam quidem,
sed amoenissimam persequendam, adhorter hu-
jusque scientiae utilitatem, quantum id per
rudes et incredulum, qui Minervi templi
limen nondum salutavit, fieri potest, exponam.

Philologia in linguarum studio versatur.
Nos ut fieri solet, linguarum studio imprimis
intelligimus hoc loco studium utriusque linguae
qua ex antiquis populis Graeci et Romani usi
sunt: cujus utilitatem in animo uniuscujusque
hominis excitando, quum in universum, tum in
unaquaque disciplina separatim, explicare sentabo.



Philologiam primum, ad animum excolen-
dum, maxima utilitate esse, nemo negaverit.
Linguae enim populorum, quos supra dixi, nul-
lo sunt perfectioresquam recentiorum gentium
linguae, ab antiquis derivatae. Alia regula
oritur ex alia et deducitur, ita ut animus juve-
nilis, mature jam ad cogitandum adsuescat, et
postea in scriptoribus legendis, constructione
verborum implicata, ingenii acumen eximie
exercatur. Praeterea scripta Romanorum, in pri-
mis Graecorum, multa cuique homini utilia comple-
tuntur. Maximi patriae amoris, constantiae, tem-
perantiae, et multarum aliarum virtutum, num-
rarissimarum, exempla praebent antiqui scriptores,
historici praecipue, et ad praecellere facta imitanda,
inflammare possunt. Non vero temperantiam
morumque simplicitatem, in omni historia anti-
qua deprehendimus: Romani enim vitiosius, in-
saniusque luxuriae dediti erant, quam omnes,
qui nunc maximi belluones habentur: a Grae-
cis autem, nunquam decori modum egredienti-
bus, elegantia demum, atque iudicio subtilitati,
voluptatibus, vitaeque amoenitatibus frui disca-

⁸³
mus; et vitia eorum ipsa, incommodis ex iudicanti-
bus, ab animi pravitate nos deducant. Maxi-
mam vero utilitatem, antiquae linguae affe-
runt et semper afferent ingenio animoque exco-
lendo, quod etiam antiquae philosophiae studio
assequimur. — Philosophia quidem Graeci Ro-
manos longe superavere, qui ex illorum libris,
quod optimum putarent, elegerunt, aut ex omni-
bus unam sibi composuerunt. Graecorum con-
tra philosophi, non solum multum acute excogi-
taverunt, sed etiam excogitata mirifice explicave-
re, ita ut haec ratio etiam eorum scripta
cum voluptate maxima legantur. Praeterea
gratissimum est visu, quanta opera philosophi
antiqui, omnes difficultates, ut veritatem
tandem invenirent, vincere sudaverint. Et quomodo
paulatim attum, quem tenuerant gradum,
ascenderint, quod neminem qui quidem se philo-
sophum vult appellari, ignorare decet. — Minor
tamen non habenda est utilitas, quam philolo-
giae studium affert iudicio acuendo, in primis
Graecis perlegendis. Ubinam quae populus inve-
niatur, qui eorum poetis, eorumque scriptoribus
rerum gestarum antecellet? Cujus animus in
Sophocle, Aeschyle, alicoque summis viris legendis
non effertur, maximaque voluptate fruitur?

Ad singulas Disciplinas et primum
quidem ad Theologiam transibo; gravissimi
enim Theologus est momenti, ut literis operam
Det. Nam Liber ille, ex quo ei maxima scien-
tiae pars haurienda est, novum Testamentum,
Graece est conscriptum; et etiam si in multis re-
bus sint versiones, semper tamen Theologo ju-
dicandum est, num verae sint nec ne: in te
gravissima ut haec, aliorum auctoritatem
sequi non potest; doctissimi enim viri non-
nunquam errant. Patrum ecclesiasticorum
praeterea, et multorum aliorum opera, quae
Theologus ignorare nequit, Graece et Latine
sunt edita. Clarissima etiam eloquentiae
et dictionis exempla, in Graecis et Romanis
invenimus, quos quidem non in cathedra, sed
in foro atque pro nostris dicentes, tamen
Scri Divini cultus ministri sibi exemplaria
ad imitandum proponere deberent; ut Reinhardus
Dresdensis, Schleiermacherus Berolinensis
aliique fecerunt: et quis eorum orationes non
maxima admiratione pietatisque sensu affe-
tus legat?

Venio nunc ad juris consultos, quibus anti-
quarum linguarum, praesertim Latini cognitio,
non minus quam Theologiae necessaria est. Insti-
tutiones enim, Pandectaeque, uno verbo totum
jus Romanum, quod semper juris peritum fire
decurt, nostris vero temporibus Napoleonicis codi-
ce maxima vigere coepit, sermone Latino conscrip-
tae sunt. Doctus autem juris consultus non solum in
literis Latinis, sed etiam in Graecis versari debet. Du-
ris prudentiae enim historia ex multis scriptoribus
Graecis, ut e Dionysio Halicarnasseo, Tiodoro Siculo,
multisque aliis haurienda est.

Sic etiam, qui medicinae operam dant, philo-
logiae studium non est negligendum. Non ut dis-
tinctionem, ad doctoris gradum obtinendum scribant,
quamquam etiam melius esset, si hanc componere vale-
rent, sed quia verba, hujus disciplinae technica,
Latina et imprimis Graeca sunt; medicis igitur,
harum linguarum ignaro, nihil nisi multae et
inanes literae esse possint, quas multa opera edisset,
et mox, nisi saepe eorum memoriam repetat, obli-
viscet; omnique miscet, nullum enim sensum
sermonis imperito haec vocabula praebent.

Qui Disciplinis, quae philosophicae apud nos
appellantur, indulgere volunt, nullis modo linguarum
antiquarum notitia carere possunt. Philosopho, quem
veteres ita nominabant, qui unde ortus sit mundus,
qua lege generali sint homines, qui bonorum malo-
rumque fines, qui animi immortalitas etc. explorare studet,

quoniam jam antea mentionem feci quam utilis
futura sit philologia; nunc ad historicos, rerumque
Starum scriptores, venio. Hic historiae fundamentum,
antiquam historiam non ignorare debet. non solum,
ut ad mediæ ævi historiam transire possit, resque
novas recte judicet: sed etiam plurimarum gen-
tium recentiorum historici, qui populi originem,
primaque ejus facta enarrant, cum maxima gen-
tis pars ferox adhuc, inculta, litterarumque ru-
dis esset, latine annales composuerunt. Inprimis
autem, ut dixi, historicus philologiae, ut
antiquam historiam cognoscat, eget: qui enim dili-
genter historiae operam dabit, versionibus, sæ-
pe haud accuratis, contentus esse non potest. Opti-
mam historiae conscribendæ rationem ex veteri-
bus tantum discet: recentiores enim, nec tanta
libertate gaudentes, nec tantam vim in scriben-
do adhibentes, simplicitatis loco, splendidis verbis
utuntur. Herodoto, Thucydidi, Xenophonti, Sallu-
stio, Livio, Tacito, et nonnullis aliis, præsertim
Müllerum solum opponere possumus, qui vi atque
simplicitate veterum similis, Helvetiorum histo-
riam narrat.

Imperatoribus, centurionibusque nostris,
philologiam haud inutilem esse, qui bella
Græcorum, et Romanorum præsertim, ex antiqua
historia noscit, sine dubio intelliget: nam

etiamsi multa alia sint apud nos, quam olim⁸⁵
fuerint, multis tamen rebus utendum est, quas
Napoleon maximus dux probavit. Sed politis-
ris humanitatis studiosum linguarum antiquarum
haud plane expertem esse oportet; quotidie enim vel
legimus, vel audimus multa verba latina aut græ-
ca, in scriptis Germanicis, quæ, omni eorum
notitia carentes, intelligere nequeunt.

Satis dixi. Pauca jam, quæ locutus
sum, philologiae utilitatem, omnibus probent:
an vero multam suavitatem iis hoc studium
præbiturum sit, nec ne, pro certo habere non
audeo; diversi enim sunt hominum animi,
nec de quibus est disputandum.

Freymann.

A. B.
L. P. P.

Omnia perspicuis, postulatam tuam, vix amice, ut quam acuta,
tessine tibi enamem, quae mihi Petropoli memoria digna occur-
rent, comprobandum esse, tamen nem difficillimam me roga-
tum credo; quoniam res tam multae et tam magnae fuerunt, ut
qua inspicere possim ferme notiam? Quae ne expectes velim,
ut omnia tibi ordine enumerem; sed urbem peragans, rebus
attentione dignis, ut labebit, mentem aduertamus.

Hortos Stroganoffi comitis amoenissimos, villam magnificam cir-
cumdantes, et ab Imperatoris palatio non nisi ponte disjunctos,
lastravimus; quorum de singulis partibus ut taceam, permittis
velim. Nam nunc per praeta ambulans, nunc remora te am-
plectantur, nunc vero e radio solis te Tiliam arbuta exi-
piunt frigida. Tum per antrum transis oblongum, ubi equarum
strepitus aures tangant tuas, tam colles confocendo, tam lacum
accedis. Quinam vero tumulus, monumentum cum lapide, e
longinquo se oculis nobis praebet? Nam arvens ater homi-
nem quendam e caetu viventium amovit, possessori villae a-
quorum, et monumento dignum? Proximus accedamus!
Hi non sunt lapides soliti, sed aut marmor Parium,
aut illud albedine superans. Pars operanti, nefixi qua vi,
diffusa est. Introspectientes varium invenimus. Manamen-
to vero undique perlustrato, animi notari arte sculpturae insig-
ni commoti sumus. Homines hi vivunt; equi spirant, bella
que nos tenere impient. Cum admiratione opus intuebamur
mirificum, et manus artificiosas, quae naturam tam eximia
effinissent admirabamur; curiosis vero, oculos operi

illi affigentes, res haud ignotas invenimus. En! vixi hi ambo; alter, excel-
sus, et majas, cuius habitus non nisi vim bellicosam, roburque incensum exhi-
mit; alter vero minor, sed callidus, et puellarum animos perspicuus,
quibus in quasillo cutum muliebrem, mercatori similis offert. — Anè Mysson
vides et Homedam? Inter instrumenta ad res muliebres pertinentia quasi
cosa aliquis imixta sunt arma. En! Achilles se e puellarum caterva,
veste muliebri indutus, eripiens, omnia quae puellarum animos demulcere
soleant, contemnit, arma tantum videt, voluit et sibi appetit. En!
Pudania supplex, genibus nixa, lacrymarum effundens, Achillem
compentem, avolare studet, manibus corpus gravidum amplectens,
et occultae sibi confersa culpa. Precibus vero puellae, ex intimo
animi amantis, cuius amore occulte fructus erat, Achilles non
praebet aenem; sed se amplexibus eripiens, in bellum ruit, quod
sorum consilio, non nisi eo adjuvante, fieri possit; ex quo vero victoriae
lauros huic ipsi deportare non liceat. Pudania, sobolem inter
adversa sibi solatio futuram, morte patris ultra, Myrmidonum agmina
victoriae donum dacturam esse; uno verbo Troiam partem edituram
animis non praefagit. In altera monumenti parte, clarum
illum centaurum Chironem, ut Achillem ad hastam jactandam instituit
conspicimus. Quam artificiose centauri illius figura effineta, verbis
ferme exprimere non possum; nam ita sensim forma humana in-
cipiam veritatis, ut, ubi homo equosque oriatus, divi nequeat. Arte
mirifica et Achilles elaboratus, pedibus nixus, sex teram respiciat
manum, quo maximo nixa gaciat hastam per auras. Lactus discimus,
luno centaurus intueas, progreffa pueri gaudet, cuius gloria vigebit
per omnia secula. Aleoioribus vero animis in teste monumenti
parte centauri se cornuunt; alter ad sex teram, alter ad hastam spectans.

caulis oleis sabbatis gradus conferant. Quatis centauris inter proleto,
leonem et tigridem hiantes impetum facere videmus in cen-
tauros; in vultibus centaurorum vero nihil est timoris, sed vis,
qui ludant cum catellis, fere similes, clavis intersticiant bellas.
In quarta ultimaque tandem parte, quae accedentiam vero
proximum se oculis praebere solet, Homerum assidentem vide-
mus, lyrae chordas manibus pulsantem, meditantique similem,
utrinque vero matronas humano exaltationis gest, quae musarum
habitu significant Iliadem et Odysseam.

Hoc antiquissimi temporis opus, quum Russorum classes vic-
trices Olafis duce anno 1772 Archipelagum pervagantes, in insula
a Turcomanis ceperere permissas, in Ohio insula inventum est;
quod incolae, fama figurisque in eo insculptis, ut videtur cum,
moti, Homeri sepulorum dicebant; sed temere. Nam uti e
forma monumenti sepulorum esse patet, ita e sculpturae ge-
nere, id Homeri cineres non tenuisse satis percipi potest;
quare non nisi in Homeri honorem a Chinis conditum esse pra-
tet, qui, et Homerum vivem fuisse suam, inter reliquas civi-
tates aversim contederent, et Homeridarum ludis, divini illius
poetae carmina, priusquam literis tradita essent, postero-
rati servantibus, maxime excelleret.

Ex bibl. civ. Tart.

Tindisen